R. 18 10bris 1599 Ro

Sacra Regia Matas

27

N.S.

Ad gloriam Regiae Matis Vae maxime pertinet, ut ea curet absoluenda, quae summa cum pietatis laude inchoarunt Reges, quibus Ipsa meritissime successit. Siquidem aeque regium est magnarum rerum fundamenta iacere et ijsdem fastigium extremamque manum imponere. Jam memoria tenet, opinor, Matas Va quid Stephanus Rex proxime defunctus Ecclesiae Vendensi tribuerit, et quid praeterea tribuere voluerit; nondum tamen obtineri potuit, ut ad optatum exitum perducerentur, quae ad istius Ecclesiae dignitatem, uti par est, constabiliendam necessaria sunt. Quae sane res S. D. N. permovit ut nunc Mati Vae totum hoc negotium sua profecto pietate dignissima eo animi affectu commendaret, quem expressius declarat Breve Apostolicum, quod una cum hisce litteris mitto ad Matem Vam. Cui ~~mea~~ humillima mea obsequia dipro Deum Optm Maxm precatus ut eam quam diutissime incolumem tueatur. Romae die 18 Decembris 1599

Sacrae Regiae Matis Vae

Humillimus Servus
Cinthius Card. S. Georgij

R. Poloniae

30

Ser.mo Principi ac D.no D. Sigismundo
Sueciæ Regi potentiss.o &c.